







17

1.

2.

3.

4.

5.



1755

1. Bachhorn, Ludovicus Gustavius : Testimonia litterarum illustris apud veteres Romanos. Brabincula, quo Corinum Gerardum & Kethelkort ... salutavit.
2. Becker, Petrus Hermannus : De jure mercato impressum mth exposito.
3. Paderus, Christianus Gott. : De diplomate suppositio, quo Almanus etiam regalem & Crux M. an. 813 coronatio dignissi donata assertum fuit.
4. Lüderici, Christophorus : De re funerali, origine sepulturam veterum atque nostorum temporum, differentia, iure et religione.
5. Hahn, Dr. Gottlieb : De essentiali discrimine bellorum pacis iumental causae geritus a bello repartitione ac dispensatione quaque cum jure naturae congruentia, quo Et Hespero Falaci gratulatur.



1755

1. Heimburgius, Jo. Corp: *Programma: 3 de farto aristro-*  
*rum' latrone. Alberti Haekelii . . . inaug.*  
*disputationis praemissum.*

2. Heimburgius, Joam. Corpus: *Programma: 3 De interrup.* 12<sup>9</sup>  
*tione prescriptio*nis per pignorati*onem*, Ab Chio-**  
*Lian Henrici Schröderi . . . inaug. dissertationi*  
*. . . praemissum*

3. Hellfeld, Dr. Augustus: *De iure creditorum allodialis*ium**  
*intus in feudi et concursus fundatis.*

4. Hellfeld, Dr. Augustus: *De legis Maxicæ valore*  
= *hodierno*

5. Hellfeld, Dr. Augustus, Fac. iur. Teramus: *Programma:*  
, *De sacre allodiali debita fundata & resalvo soluta*  
*repetente, Georgii Gottlieb Wagneri . . . dis-*  
*sertationis inaug. praemissum.*

1756

11.

12<sup>9</sup>

13

14.

15

1755

11. Kiebelbott Coriolis Gerardi, de: De origine, excellenta  
atque recenti. Renissencie domus Schwanbergiae in  
collegium principum cooptatione. Pratio

12<sup>9</sup> 18 Schmid, Achaz, Lud. Parulus: De impugnabitibus erudi-  
tiorum rationibus, postquam approbatae sunt.  
similique fratri Guilielmo Schmidio ... de munere  
professoris juris ordinarii ... demandato . . .  
gratulatus. 2 rempl.

13. Schmidtius, Achazius Ludovicus Parulus: De testa-  
mento priore postterori derogante.

14. Schmidtius, Paulus Wilhelmi: De successione ab  
intestate exentiorum, tam quoad mobilia, quam  
immobilia ex jure, quo ipsi usi fuereunt, ob-  
tinenda.

15. Schmidtius, Paulus Wilhelmus: De statutis civitatum  
quae terres incolas sacerdotiorum, praecepue circa succes-  
sionem ab intestato, obligant.

1755.

16. Schmidius, Paulus Wilhelmus : De uxore mariti  
heride, quatenus ad ejus ales alienum salvandum,  
en statuto tenetur, in integrum non restituenda.
17. Schmidius, Paulus Wilhelmus : De provalione successione  
ab intestato paenali.
18. Schmidius, Paulus Wilhelmus : De successione legitima  
in bona deputata propinquorum et extrancorum.
19. Schmidius, Paulus Wilhelmus : De diversitate bonis  
rum in successione ab intestato ascendentium et iure  
Romano et Germanico non attendenda.
20. Schmidius, Paulus Wilhelmus : Theses controversiae  
de doctrina de successione ab intestato selectae.
21. Schroeterus, Iwanus Ernestus : Programma, in quo  
dubia quadam contra iura ecclesiastica collegatia  
prolata tollere mititur, simulque lectiones  
sue historias . . . indicat.
- 179<sup>st</sup> Walckies, Carolus Historicus : De juri antis legitima  
recte.



*13* ETT. num. 1  
DISSERTATIO IURIDICA 1755, 4

P. 281  
**DE RE FUNERARIA**  
ORIGINEM SEPVLTVRAE ET SEPVL-  
TVRARVM VETERVM ATQVE NOSTRO-  
RVM TEMPORVM  
DIFFERENTIAM IUS ET RELI-  
GIONEM SISTENS


RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO  
DOMINO  
**ERN. AVG. CONSTANTINO**  
DVCE SAXONIAE IULIACI CLIVIAE MONTIVM  
ANGARIAE ET WESTPHALIAE REL

CONSENSV  
ILLVSTRIS ISTORVM ORDINIS  
PRAESIDE

**CHRISTOPH. CONR. WILH. FRIDERICI**

IVRIS VTRIVSQVE DOCTORE  
D. IV. OCT. CIDIICCLV  
ERUDITORVM EXAMINI SVBMITTIT  
**PHILIPPVS LUDOVICVS WEIDLIN**  
HAVNSHEMIO - SVEVVS  
LEGVM CVLTOR.

IENAE LITTERIS SCHILLIANIS



DEUTSCHE LITERATUR  
ORIGINALE SPÄTBLAUE MIT SCHWARZER  
TÄRKENIA. ETHERNAH. GÖTTSCHE.  
DIE FERDINANDIA VON DER REICH  
GÖTTSCHE. ALEXANDER  
RECHTSLEHRER MAGISTERICHEINTITELISIMO  
SCHREIBER. MUSICOGRAPHUS. DEUTSCHE DÖNNHO  
DÖNNHO  
ERN. AVG. CONSTANTINO  
DÖNNHO  
ANGEBE IN WESTPHALIA ETC  
CONSERVA  
HILAVATIS. ETOLYUM. ORDINIS  
CHRISTIAN. CONR. FRIEDRICH  
ERUDITORIUM. AXAMIN. SAVINITT  
THERPES. PLACIDAE. MEDICIN  
PIETATIS SCHILLER



JEAN GUSTAVE  
PHI  
CHAMBERLAIN DE MECHEM  
DARLINGTON  
EPITRE DEDICATOIRE  
AVX TRES ILLVSTRES ET EXCELLENTS  
SEIGNEVR S  
DE RACKNITZ.

BARONS DE ST. EMPIRE, SEIGNEVR S DE  
HAVNSHEIM, HEINSHEIM, BERRNEG, SAINT  
VLRIC, OBER-MARBOVRG, OBER-  
CVMBERG.

SEIGNEVR S

# PHILIPPE FREDERIC

CHAMBELLAN, ET CONSEILLER DE REGENCE  
DE SON ALTESSE SERENISSIME, LE PRINCE  
DE BRANDENBOVRG CVLMBAC.

BRANDENBOVRG, HEINSHEIM, BERNRINGE, SINTT.  
HAYNSHEIM, HEMERSHEIM, BERNRINGE, SINTT.  
ERICK, OHLER-WARLODAG, OHLER-  
GAWBERG.

*Mes Tres Gracieux Seigneurs*

**J E A N   G V S T A V E**

MAIOR, ET AIDE DE CAMP GENERAL, DE  
SON ALTESSE SERENISSIME, LE DVG  
DE VIRTEMBERG.

**F R E D E R I C   L O U I S**  
ET  
**C H A R L E S   G V I L L A V M E**

*Mes Tres Gracieux  
Seigneurs*



MESSEIGNEVRS,

J E A N G A S T A V E  
MAJOR ET AIDE DE CAMP ENSEIGNEUR DE  
SON ALTESSA SERRAILLES DE LA DUC  
PHILIPPE FREDERIC LOUIS

CHARLES GAULLEME

  
*L*ees obligations, que je Vous dois,  
Messeigneurs! sont infinis. Ce-  
la justifiera peut etre, l'extreme  
envie, qui m'a inspiré le dessein, de consacrer  
ces foibles prémices, de mes études, a votre  
Nom illustre; qui éclate avec une égale distinc-  
tion, entre les Grands, qu'entre tous les vrais  
Amateurs, des sciences. Mais, ne craignés  
Messeigneurs

Messeigneurs, que je ne me prenne alors, à  
Vous donner de l'encens. Mes mains sont  
trop pesantes, et timides, pour oser Vous éri-  
ger des statuës, à Vous, Messeigneurs! en  
qui brille plus, qu'un système, des plus solides,  
et des plus charmantes qualités. C'est en  
vos vénérables personnes, qu'on voit tout à la  
fois, des profonds philosophes, et savans, un  
vaillant Capitaine, et le Courtisan, le plus poli,  
et le plus aimable du monde. Pas contens des  
avantages héréditaires de votre haute naissan-  
ce, et de la vertu des vos illustres Ayeux,  
Vous marchez, sur leurs traces, et en faites  
revivre, avec éclat, tout ce qu'il y a de plus  
sublime, et de plus épuré, en chaque vertu.  
C'est par là, que Vous jettes dans l'ame de  
tous ceux, qui Vous approchent, une inclina-  
tion universelle, de Vous aimer, et de Vous  
révéler. Les bornes, étroites d'une Dedicace  
me défendent Messeigneurs, d'aller plus loin,

MIIGIAE LIB. LOUIS MEISSEN

dans

dans la riche et féconde matière de votre gloire.  
Je me borne à Vous admirer, et Vous supplier,  
de regarder d'un oeil favorable, ce simple hom-  
mage, comme une légère marque, de ma vive  
reconnaissance, et de la plus tendre vénération,  
qui ne finira jamais. Je suis

*MESSEIGNEURS* à Genève le 4<sup>me</sup> Octobre 1755.

PHILIPPE LOUIS WEIDLIN.





I. N. J.  
DE  
**ORIGINE SEPVLTVRAE**  
ET SEPVLTVRARVM VETERVM  
ATQVE NOSTRORVM TEMPORVM  
DIFFERENTIA, IVRE ET  
RELIGIONE

---

P R A E F A M E N

**N**ulla vñquam gens, tam barbara, et  
ab ipso humanitatis sensu fuit aliena,  
quae placide, e statione humana  
decessis, debita, atque iusta  
non persoluisset. *Sepulcrorum*  
*inde magna visa est antiquitus religio, vt de il-*  
lis,

A



lis, non minus, imo magis, quam de habitacione, quam diu vixerint, solliciti fuerint, et cauerint; ne vlo modo polluerentur 1). Communi hinc inde gentium consensu introductum videtur, vt secure, ab omni iniuria, et violatione, terrae reddantur, quos olim tulit, et iam gremio excipit suo. Quod a ferissimis populis, tanta religione obseruatum legimus 2), vt ne quidem belli tempore \*), in tumulos humatorum saeuirent, aut cadauera recondita denudarent. *Cum impia, ac ignominiosa habere-*  
*tur eorum effosio, vel destructio, et multo ma-*  
*gis abominanda cadauerum effosorum spoliatio,*  
*aliaue laesio 3).* Adeo et ad officia humanitatis relatum est, mortui vt terrae mandentur 4); nisi cadauera eorum, publice exponi, sceleris interdum grauitas postulet 5). Summa vero cum religione, id ipsum, cum inuiolabile plane reputarent ius; factum est, vt ab officio humanitatis, variis de causis, recederent mortales; quorum iniqitas, eo vsque processit, vt iniqua plane manu, sepulcra violare, diruere, et cadauera denudare, religioni sibi non ducent. Vnde illi, quibus salus reipublicae demandata, saluberrimas, et olim tradidere le-  
ges;



ges; ne loca ista religiosa, iniuria quadam per-  
ditorum hominum, afficerentur, corpora deti-  
nerentur, aut defuncti sepultura, praetextu de-  
biti impediretur 6). Praetoris vero edicto vltro  
incitabantur, ut tanto facilius, iusta defun-  
ctis facerent, qui l. 12. §. 2. de religios. et sumt.  
funerum, iudicium de recuperandis funeralis  
sumtibus, dedit. Hoc praetoris edictum pro-  
pter grauitatem suam, et insignem, quem vbe-  
rior eiusdem explicatio, in foro praestat usum;  
maxime vero, quia doctrina de re funeralia,  
multis dubiis, atque controversiis est inuoluta,  
se nobis quam maxime probauit, et conscriben-  
dae dissertationis occasionem praebuit. Scimus  
evidem, multa, et praeclara, de hoc argumen-  
to, exstare scripta, quorum auxilium, in ipsa  
tractatione adhibuimus. Prouti per egregie in  
haec statione militarunt, GRUTERVS, in corp.  
inscription. GUTHERIVS, de iure manium.  
STRYCK de iure funerandi, GIRALDI de se-  
pulchris, GRICHARD des funerailles de Ro-  
mains, Grecs, et autres nations, et qui in Co-  
dicem, et ff. ad t. h. commentati sunt. Super-  
uacaneum tamen, non plane egisse opus, cre-  
dimus; si ea, quaे passim inueniuntur, sedulo



collegimus: ea vero, quae sicco nimis cothurno presa, in praesenti sub incudem vocamus.

1) GREGOR. THOLOSAN.  
l. 33. Syntag. iur. vniuers. cap.  
23. n. 29.

2) NICOL. de sepulchr. Hebr.

\*) Hostibus sepulturam debet inter alios euincit GROT. de I. B. et P. Lib. II. cap. XIX. §. 3.

3) ENGAV in Element. iur. Germ. ciuilis L. I. T. XXXII. de mortuis §. DVI.

4) PVFFENDORF. I. N. et G. Lib. II. cap. III. de lege naturali in genere §. XXIII. vbi vir post fata magnus, ita loquitur: ius quoque sepulturae,

quod itidem, peculiare caput iuris gentium, apud Grotium videtur facere, ad officia humanitatis, referri potest. Grotius vero ad ius Gentium voluntarium refert.

5) Lib. 1. ff. de cadaveribus panitorum. Conf. ENGAV in Element. I. C. Libr. II. Tit. XXV. de executione sententiae capitalis §. CCCXIII. KVLPIS de iure circa cadavera punitorum.

6) Lib. 3. §. 4. ff. de sepulchr. viol. L. 38. ff. de religiosis, L. 6. C. de sepult. violat. Nou. 60. c. 1.

### §. I.

Defunctorum corpora, ne insepulta relinquantur; necessitas, pietas, et denique voluntas eorum, qui in eo sunt constituti, ut naturae debitum exsoluant, quam maxime suadet. Homines enim, simulac non amplius in statu isto sunt constituti, quo functionibus animalibus locus est, mutationem essentialē patiuntur, qua mixtum in sua principia, et corpus mechanicum, in suas dissoluitur partes 7). Quae crassiores vti sunt, eo citius in putredinem abeunt, quae foetida et venenata quasi materia, vapores pestilentiferos exhalat, unde

◆ ◆ ◆

de aér facile corripitur, et vitiatur. Hinc a vero ab-errasse non censemus, statuentes: ipsam necessitatem, mortales edocuisse, cadauera, ab hominum oculis remouere, ne tam facile, pestiferi, ex putrefactione ca- dauerum, orientur morbi. Seneca calculo suo, nos peregregie iuuat, ita exhibens: non defunctorum, sed vi- uorum iuuanta est sepultura, vt corpora, et visu et odore foeda amouerentur, 8). Hinc quoque cautum videtur, vt cadauera in locis suburbanis sepeliantur, sub poe- na XXXX. aureorum. VLPIANVS L. 3. §. 5. ff. de sepul. violatis, diuus inquit: *Hadrianus rescripto poenam statuit quadraginta aureorum in eos, qui in ciuitate sepe- liunt 9).*

7) THVMIGI<sup>E</sup> institutiones aëris, qui in ciuitatibus purissimus philosophiae naturalis Cap. V. de esse debet, frequentiam sepulcro- vita et morte, §. 345. et §. 19.

8) SENECA Lib. I. de remed. fortunae.

9) Quod et L. XII. Tab. pro- hibitum legimus T. X. de iure SEPVLCHRORVM: HOMINEM MORTVM IN VRBE NE SE- PELITO, NEVE VRITO. Vid. 10. GOTHOFREDI frag- menta XII Tabularum; confir- matum vero a DIOCLETIANO et MAX. in l. 12. C. de relig. a LEYSER Meditat. ad ff. Specim. CXXIX. de sepultura, nobis ad- stipulatur, seqq. certe salubritati

## §. II.

Pietas erga defunctos, quorum memoria, sarta,  
atque sancta, posteritati tradenda est, requirit, ut tam  
dilectae reliquiae certis, et a vulgari usu distinctis locis  
reponantur. Sepultura, teste HOMERO, honor est  
mortuorum. Honor vero, quatenus signis externis  
declaratur, ut iudicium symbolicum, quo alteri perfe-  
ctiones morales tribuuntur, proprio quasi iure, ab illis  
expectatur, qui de R. P. seu de societate quadam mi-  
nus composita, bene sunt meriti, et iuste, ad decla-  
randam pietatem, erga defunctos exhibetur. Hinc  
tot extant, non solum virorum illustrium; imo etiam  
parentum, ad declarandum, in liberos affectum, et  
liberorum erga parentes amorem, monumenta. Egre-  
gia, hanc rem illustrans, inscriptio, legitur apud  
GRVTERVM p. CCCXLIV

2

ACILIO. GLABRIONI. SIBIDIO. V. C. ET. OMNIBVS  
MERITIS. INLVSTRL LEGATO. IN. PROVINCIA. ACHAIA.  
CONSVLARI. CAMPANIAE. VICARIO. PER. GALLIAS  
SEPTEM. PROVINCiarVM. SACRA. AUDITORI. COGNI-  
TORI. FORI. HVISCE. INVENTORI. ET. CONDITORI. PRI-  
MO. PATRI. REVERENTISSIMO. ANICIVS. ACILIVS.  
GLABRIO. FAVSTVS. V. C. LOCL ORNATOR. TOGATAM  
STATVAM. OFFERENS. PIAE. NON. MINVS. QVAM. DE  
VOTAE. MENTIS. RELIGIONE. PONENDAM  
Φ ERIGENDAMQUE. CVRAVIT

A. ACI-

◆ ◆ ◆

A. ACILIO. C. E. PAL  
POLICIANO  
EQVO. PVB. AED  
Q. IIII. VIR. ID. IIII. VIR  
QQ. PATRON. MVNIC  
DEC. VI. VIR. PLEBS  
VIR. O.B. MERITA  
EIVS. L. D. D. D

pag. DCLXXXVI. affectus parentum erga liberos:

DIIS. MANIBVS  
HATERIAE. SVPERBAE. QVAE  
VIXIT. ANNO. I. MENSIBVS. VI. DIEB. XXV  
<sup>fic</sup>  
FECERVM. PARENTES. INFELICISSIMI  
FILIAE. SVAE  
Q. HATERIVS. EPHEBV. ET. IVLIA. ZOSIME. SIBI. ET. SVIS

Stat pueras statua, inter facies erellas duas, cuius capiti,  
Genii duo alati, singuli, pomam vna tenentes; altera  
manu, coronam imponunt. Ipsa manu pectori admota,  
aniculam tener: dextra, vuam dependentem, demittit: sub  
qua catellus villosus, latratu abblandiens, assidet. A sinistra  
coruus, illi astat. Sequitur inferne altera inscriptio:

DIIS. MANIBVS. LOCVS. OCCVPATVS

IN. FRONTE. P. VII. IN. AGRO. P. IIII

Pag.

Pag. DCCXXX. Affectus liberorum erga parentes:

Hic  
visuntur  
tres lunulae  
Hic duae auiculae  
rostro se mutuo  
tangunt.

Hic est stemma viri

P. VALERIVS. SPVRI. F.  
MONTANVS. VIVVS. FECIT  
PATRI ET. MATRI. ILARIONI  
SYRIAL POMETIAI. ET. SVIS

§. III.

Natura, humanitatis officia expostulat, quae cognationem quandam constituit 10) inter illos, quos communi vinculo coniunxit. Maius vero beneficium, mortalibus, post fata non est expectandum, ac si eorum corpora terrae mandantur, et variis iniuriis eripuntur. Aequitati vero naturali, tanto melius, vt consuleretur, leges volunt: ne quidem ita iubentes, iniuria quasi afficiantur. Heredem enim, qui contra tabulas, defuncto iusta persoluit, omni laude dignum ducunt. Hinc MODESTINVS L. XXVII. ff. de cond. institutionum: *si quis in testamento suo heredem scriptis, sub tali conditione, si reliquias eius in mare abiiciat, et heres*



res huic conditioni non paret, laudandus est magis, quam accusandus, si ob memoriam conditionis humanae, potius sepulturae tradiderit, quam in mare abiecerit. Rationem PAPINIANVS exhibet L. XV. Nam quae facta laedunt pietatem, existimationem, verecundiam nostram, et ut generaliter dixerim, contra bonos mores fiunt nec facere nos posse credendum est.

10) L. 3. ff. de I. et I.

#### §. IV.

Vltima voluntas, et quae inde oritur obligatio, non immerito, inter rationes ponitur, quae sepulturum originem constituunt. Plerumque mortales, id, quod post fata fieri cupiunt, solemniter declarare solent. Cuiusmodi sanctiones, inviolabiles ab omni aequo existimarunt, et pro lege seruarunt, qui iustitiae sacerdotium in se suscepserunt 11). Hinc de expressa voluntate, si constat, illi certissime obligantur, qui in iura defuncti succedunt; adeoque et defuncti iura et existimationem seruare tenentur 12). Heredi enim interest, existimationem defuncti purgare 13), et plane indignandum est, circumuentam voluntatem defuncti 14). Quibus rationibus HOCHSTETTERVS, dignitatem humanae naturae adnumerat §. 16. diss. de officio erga defunctos p. 15. In sacris quoque oraculis, sepulturum saepius occurrit mentio. Vnde licet colligere, voluntati supremi legislatoris, non esse contrarium, mortuos sepelire, et ritu solemnii terrae mandare. Quod potius

B

per-



permissum, imo et S. Numinis exemplo confirmatum legimus 15.)

- II) IO. GOTHOFRED. frag- omitt. hered: *Heres in omne ius  
ment. XII. tabul. TABVLA V. mortui, non tantum singularum  
de IVRE HEREDITATIVM et rerum dominium succedit, tum et  
TVTELARVM: PATERFAMI- ea, quae in nominibus sint, ad  
LIAS VTI LEGASIT, SVPER heredem transeant.  
PECVNIAE TVTELAEVE 13) L. I. §. 6. ff. de iniuriis  
SVAE REI, ITA IVS ESTO. et somnis libellis.  
Post alios CARPZ. P. III. C. II. 14) L. 4. ff. Si quis omis-  
D. XV. n. 5. ex quo voluntas te- causa test.  
statoris quasi lex quaedam est; ac 15) Solennis sepulturae fit  
pro lege seruari debet. mentio Genes. XXIII. v. 19. A-  
brahami cap. XX. v. 9. Isaaci,  
12) L. 37. ff. de acquir. vel cap. XXXV. v. 29.*

### §. V.

Sunt equidem, qui contrariam fouent sententiam, et voluntati mortuorum, ante fata rite institutae, non tantum tribuunt. Prouocant nimirum ad L. 5. C. de his, quibus ut indignis hered. auf. et ad ea, quae de testamentorum inualiditate iactantur. Lex vero ista, ad quam dissidentes, tamquam adaram confugere solent non de spreta et inulta voluntate defuncti agit; sed de eo, quod heres, vel legatarius, qui in aliqua re contra voluntatem defuncti agit, non statim tota hereditate priuatur, quod tunc demum obtinet, quum a Magistratu monitus, voluntatem defuncti implore constanter recusat. Quod ad primum attinet; luculenter patet ex verbis: *quod in sepultura supremis iudiciis, vel voluntatibus defunctorum obtemperatum non fuisset,* scili-

2

scilicet, quando defunctus iussit, sibi aptari monumen-  
tum et heres id non facit, propterea quidem heredi-  
tate non priuatur, ad id tamen, ob honorem defuncti,  
et ob conscientiam suam officio iudicis compelli pot-  
est. BRVNNEM. in C. lib. III. Tit. XLIV. L. militis 5.  
et L. VI. Tit. XXXV. L. non oportet. Conf. LEYS.  
Medit. ad ff. Sp. CCCXCVIII, vbi haec leguntur: *so-*  
*lum enim, quod heres in aliqua re contra voluntatem defun-*  
*cti agit, indignum eum non reddit.* Ibique dissentientes  
refelluntur per L. 14. §. 14. de relig. et L. 6. de his,  
quibus vt indign. Quod fecus se habet, quoad secun-  
dum, si a magistratu monitus fuerit et tamen reculet.  
Ita sonant verba responsi ibidem: *Auch wird gedachte*  
*Witwe, wenn sie auf vorhergehenden Befehl, sich dem letzten*  
*Willen ihres Ehemannes gemäss zu bezeigen, ferner verwei-*  
*gert, der ihr in dem Testamente sonst beschiedenen Vortheile*  
*billig entsezt.* Heres amittit omnino hereditatem, qui  
voluntatem defuncti non impleuit. L. fin. et auth. seq.  
C. de fideicommissi. et si coram nullis etiam testibus fidei  
ipsius quid commissum sit. Imperator *Iustinianus* sum-  
ma aequitate ductus, ne voluntas mortuorum frustra-  
tur, nouum remedium inducit, cuius beneficio here-  
des compelluntur, vt quae fidei eorum commissa, praes-  
tent. Deficientibus prorsus solemnitatibus, quibus  
omisis, regulariter legata, vel fideicommissa relinqui,  
seu heredes ad ea praestanda, cogi non poterant, 16)  
quae sancta et christiano principe digna constitutio vo-  
catur 17). Imperator vero respicit, ad primam natu-  
ram fideicommissorum, vbi testatores eos rogare sole-  
bant, de restituenda aliqua re is, quibus expresse re-



linquere non poterant 18). Imperatorem vero eum in finem ita statuisse, ut voluntati testatoris omnimodo satisficeret, nemo non videt.

16) Nimirum si defunctus 22. C. de fideicom. et l. vlt. C. de fine scriptura cum herede prae-testam. Fusius de hoc arguente egerit, ut fideicommissum mento disputat CARPOV. in praestaret. BRVNNE. in C. b. t. iurisprudent. Forensis R. I. part.

17) Alias quinque testes re- III. cap. VIII. D. XL.  
quiruntur l. vlt. de codicill. L. 18) BRVNNE. c. l.

### §. VI.

Prouocant porro ad doctrinam de testamentis, de quorum natura et validitate multa disputantur, et quotidie quaestio mouetur, quae vel maxime in eo versatur: an defuncti dispositio testamentaria validam obligationem inducat, ita, ut heredi ex testamento ius praecipuum acquiratur, et reliquos homines obliget, ut abstineant a defuncti bonis. Testamenta insuper olim Germanis fuere ignota 19) et demum introducta, cum Visigothi, Ostrogothi, aliique populi in Romanorum provincias transierunt. Dubium inde obmouetur: ante mortem testatoris, nullum heredi, ex testamento ius, acquirendi est quae situm; existente vero testatoris morte, huic nullum ius transferendi hereditatem superest 20). Quod vero a Viro excellent. CLAPROTHIO, iam olim est remotum, qui per acute de eo disputat, in dem Grundriss des Rechts der Natur §. CCLXVII, his verbis: *Um diese Gründe zu beantworten, ist vor allen Dingen zu merken, dass die acceptation zwar nötig ist, wenn derjenige, der etwas versprochen hat, gebunden werden*



den soll. Dies ist aber keinesweges nothwendig, um einen dritten von der Erwerbung des Eigenthums solcher Dinge zurück zu halten. Hiernächst ist nicht zu begreifen, warum die Verordnung unsers Willens, die wir bey unsern Lebzeiten nicht widerrufen haben, nach unserm Tode, nicht eben so viel Wirkung haben sollte, als ein Contract, davon die Wirkung lange nach unserm Ableben übrig bleibt.

19) TACITVS de M. G. lib. Iur. Natur. §. 427. et 428.

2. ENGAV element. Iur. Germ. Omnibus vero palmam praerib.  
lib. II. tit. XXX. de testamentis. puisse, nobis videtur, Vir Illust.

20) Vid. illustr. Duumuiron  
rum Goettingen. P VETTERI de offic. erga al. Tit. VI. auro  
et ACHENWALLI, elementa cedroque dig.

### §. VII.

Non idem exequiarum modus, apud omnes populos fuit usitatus, qui pro morum, ac statutorum varietate, variis humationis ritibus vntuntur 21). De Scythis, Ponticis populis, item Hyberniae insulae habitatoribus, relatum legimus, quod defunctorum deuoraerint. Hircani, Caphii et Baetri, mortuorum corpora, canibus, et feris dilanianda, proiecerunt 22), nuda vero offa terra obruebantur. Colchi mortuos ex arboribus suspendisse, leguntur. Troglodytis, mos fuit, defunctum in collem deductum, relegato eius capite ad pedes saxis petere et obruere 23). Persae mortuos, cera litos, domi asseruarunt, et Syri, atque Aegyptii, condientes cadavera myrrha, aloë, sale, bitumine, et resina exsiccabant corpora \* 24). Graecos cadavera

B 3

com-

❧      ❧      ❧

combussisse, Homerus refert<sup>25)</sup>. Ad quorum exemplum, Romani corpora cremasse videntur; quamuis in vetustis Romanorum monumentis, et humationum fiat mentio. Sic Numae Pompilii corpus, in arca lapidea, post multa secula a Cnejo Perentio, in ianiculo inuentum, perhibet CICERO de *LL.* lib. 2. n. 22. *edemque sepulcro*, inquit, *quod procul ad fontis aras regem nostrum NVMAM conditum accepimus*. Vterque ritus, apud Graecos, pariter ac Romanos prae ceteris obtinuit<sup>26)</sup>. Vtrum vero, primis R. P. temporibus, cadauera potius rogo cremanda imposuerint, aut terrae sepelienda mandarint, valde ambiguum est; nisi forsitan statuas, humationem plus simplicitatis vti habet, ita rerum primordiis magis contuenire. Idem Plinio videtur, qui rationem cremationis ita exhibet: *ipsum cremare apud Romanos non fuit veteris instituti, Terra condabantur. At postquam longinquis bellis obrutus erui cognovere, tunc institutum.* Et tamen multae familiae priscos seruauere ritus: sicut in Cornelia gente nemo ante Syllam Dictatorem traditur crematus. PLIN. *Natur. Histor.* lib. VII. Vnde tamen non constat, ante ista tempora, cremationem apud Romanos non fuisse in usu. VIRGILIVS refert, iam ante urbem conditam, in Italia combustions ritus obtinuisse, et OVIDIVS, Remi cadauer in cineres conuersum tradit. Ciceroni antiquissimum sepulturae genus id fuisse videtur, quo apud XENOPHONTEM Cyrus vtitur; redditur enim terrae, et ita quasi ope rimento matris obducitur, libr. II. de *LL.* Quod genus sepulturae et Graecis fuit acceptum. Euripides de *s. v. 536.*

Ed/βα-



◎ ◊ ◊

Εὐθανάπης γάρ καλυφθήναι  
 νεγρός  
 Οδεν, δὲ ἐκαστον εἰς τὸ σῶμα  
 αἰφίκειο  
 Εν ταῦθα πελθε, πνεῦμα μέν  
 πρὸτας θέρα  
 τὸ σῶμα δ' οἱ γῆν επι γας  
 κεκτήματα  
 Ημελεγον ἀύτο, πλὴν ενοι  
 κήσατο  
 Καπ γας τα τάν θρέψασαι ἀύτο  
 δει λαβειν.

21) De variis ritibus in sepeliendis cadaveribus fusius tradunt NICOL. de sepulcr. Hebreor. GYRALD. de sepulcr. et var. sepel. rit. GRICHARD. des funerailles des Romains, Grec. et autres nations.

22) STRAB. l. 2.

23) KIRCHMANN de funer. Rom.

24) CARPZ. in Turispr. consit. l. 2. def. 373. \*Quae corpora, deinde mumiae vocabantur. Vid. KETTNERI schediafrina, de sortes de corps, dans l'esperance d'y trouver quelque petite Idole description de l'Egypte, par l'Abbé d'or, ce qui en effet leur arrive de MASCIER. Lettre septime assez souvent. Ils remettent ensuite

p. 22. du lieu des momies. Singularia plane ibi inuenies, quorum plerique scriptores mentionem non faciunt. Multa enim, et speciosa de hoc arguento in medium profert Vir egregius, et plane doctus; cum p. 22 haec tradit: je marquerai seulement, qu'il est tres rare, qu'on ait jamais eu le corps propre, d'une belle caisse, parceque les Arabes, qui les decouvrent, ne manquent jamais, de mettre en pieces, ces mumiae Aegyptiacis. Conf. de-

◆ ◆ ◆

suite a leur place, le corps d'une buius rei causam non habuisse  
caisse commune, où il se trouve Numa, nisi iam tum vterque ri-  
rarement des Idoles, de quelque  
valeur . . . . . il me communie  
qui diuerses curiosites, grand nom-  
bre de Monies, de figures de bois  
et d'inscription, en caractere Hy-  
rographique, et inconnus, qu'on  
y avoit trouvées.

25) Lib. antepenult. Iliad. de  
Patrocli crematione.

26) Post alios KIRCHMANN de funeribus Roman. lib. I. cap. I.  
et II. PLVTARCHVS in Numa cap. 12. n. 4. refert: quod Nu-  
ma corpus suum post obitum  
cremari prohibuerit; Vnde  
KIRCHMANN. recte colligit,

cremandi Romae obtinuisse. Conf.

CANTEL. de Romana R. P. cap.

IV. his verbis: inde fanus pro-

cedebat in locum, vbi corpus vel

sepeliendum erat, vel cremandum.

Initio in domo quemque sua sepeliri

vsus fuit; Deinde lege XII. tab.

vetitum, ne quis in urbe sepeli-

retur; quod tamen nonnullis vir-

tutis ergo populus indulxit. De

actu combustionis diserte agit

EKARDT in der Erklaerung über

Schilteri Institutiones I. C. lib. II.

tit. XIV. de sepulturis.

### §. VIII.

De iudeis constat, illos ritu ordinario, cadauera  
terrae mandasse, quae in contrarium adducuntur, indu-  
bitatis plane argumentis, sunt refutata 27). MAGIVS  
libr. 3. miscell. c. 2. et Cornel. a LAPIDE, comment. ad L.  
I. Sam. p. 359. contendunt, Iudeos, instar aliarum  
Gentium, cadauera combussisse. Prouocant ad I Sam.  
31, 12. et inde inferunt, Iabesitas Saulis et filiorum  
eius cadauera, in praelio, contra Philisteos occisa, com-  
bussisse, et hanc ob rem, illos a Davide summis ornatos  
fuisse laudibus 2 Sam. 25. Porro adducunt exemplum  
Ioram 2 Parallip. 21. 19. imo et argumentum ducunt,  
ab Assa rege 2 Parallip. 16. 14. Vnde tamen corporis  
crema-

crematio, euinci non potest, cum potius verbum crematio, de crematione supellestis regiae et aromatum intelligi debeat. Hinc NICOLAI in tract. de sepulcris Hebraeorum statuit: *optime et ad verbum reddimus, quod hebraico idiomate et cremator eius significat, cremator vide-licet, non tam cadaueris eius, quam thymiamatum, inter sepieliendum accensorum.* Sed ut verum fateamur, quamvis concedatur, corpora ista igni concessa, casu nimirum extraordinario, cum infensissimis hostibus ludibrio essent, exinde tamen ritus cremationis, apud Judaeos vniuersalis probari nequit. VATABLVS et TREMEL-  
LIVS in comm. hoc ideo factum tradunt.

27) De sepulcris Hebraeorum MIRVS in dem biblischen Antiqui-  
fusius egit ADAM ERDMANN taeten Lexic.

### §. IX.

Gentes septentrionales demortuorum corpora, non  
cremasse, sed inhumasse testatur LOCENIUS, in antiquitat. Sueuo-Gothicis, cap. 25. his verbis: *cum Noachi-  
darum coloniis buc primum translati verisimile esse, ritum  
humandi mortuos ex Dei et Patriarcharum instituto, buc  
simul migrasse.* Ab ODINO vero postea constitutum est, vt  
mortuorum cadauera, et cum illis chariora comburerentur.  
Consentit ARNIEL, im Cimbrischen Heydenthum,  
von den Cimbrischen Heyden-Begräbnissen l. 1. p. 8.  
§. 12. vbi vir de antiqu. cimbr. optime meritus in-  
quit: *Dass nun unsere Vorfahren, anfänglich ihre Todten  
ehrlich zur Erden bestattet, werden sie von ihrem Abn-Her-  
ren dem Japhet und dessen Nachkömmlingen gelernt haben,  
welche diese Nordische Länder nach der Sündfluth am ersten  
einge-*

C

■ ■ ■

eingenommen und bevolket haben. Wie nun diese unsre Japheten von denen Patriarchen, welche nach der Sündfluth gelebet, zur Beerdigung der Todten angewiesen seyn: also haben sie dieselbe eine geraume Zeit beybehalten, und von einem Hundert Jahr zum andern auf ihre Nachkommen fort gepflanzt, bis obngefehr auf die Zeit und Regierung des ersten römischen Kayfers, da am ersten, in diesen Mittelländischen Ländern, die sogenannte Feuer-Begräbnis aufgekommen. TACITVS de moribus Germanorum libr. XXVII. ait: *funerum nulla ambitio. Id solum obseruatur, ut corpora clarorum virorum certis lignis clementur. Sua cuique arma, quorundam, et igni, equis adiicitur, sepulcrum cespes erigit. Monumentorum arduum et operosum honorem, ut grauem defunctis aspernantur. Lamenta ac lacrymas cito, dolorem et tristitiam tarde ponunt. Foeminiis lugere honestum est: viris meminiuisse.* Praecipuo vero honore digni habebantur, qui fortiter in praelio rem gesserant, et in conspectu hostium vita deceperant 28). Neque sepulturam viatis hostibus denegabant 29); singuli vero vbi inter se pugnarent, prius pugnam non suscipiebant, ac si de honesta sepultura sibi prospexit. Cuius rei egregium plane exemplum exstat, apud ARNKIEL. 30).

28) ARNKIEL c. l. Koenig de, solte am Leben gestraft werden. Frathe der grosse in Daenemark, SAXO lib. 5. hist. Dan. in vita der zu Christi Zeit soll regiert haben, hat die Verordnung gethan, daß die erschlagenen Soldaten sollten mit ihren Pferden und gantzer Rueftung begraben werden und anbey diese Bedrohung angehaengt, daß, wer dawider handeln wuer-

29) R. Frath: *Unsere Vorfahren haben das fuer gebalten, daß die Kriegsleute am herrlichsten muesten gebrauen werden, welche ihr Leben fuer das Vaterland in Schlachtungen aufgeopfert hatten.*



29) ARNKIEL l.c. Gleicher Herzog also anredet: Weil der Weise haben die Cimbri ihre Feinde, Ausgangs zweifelhaft ist, so muß die sie im Kriege oder einzeln die Leutseeligkeit in acht genommen, und nicht der Zuneigung so Kampff erluerget, gebuehrlich zur Erde bestattet. sehr nachgehaengter werden, daß

30) ARNKIEL: Wenn unsere der letzte Ehrendienst sollte verab- Vorfahren einen einzeln Kampff saeumet werden, et porro: die- haben antreten wollen, haben sie fer Vorbeding der Gotseligkeit eine ehrliche Begraebnis voraus soll uns seyn, daß der Ueberwin- bedungen, daß der Ueberwinder der den Ueberwundenen zur Erde des Ueberwundenen entleibten Coer- bestattet, darinn der letzte Ehren- per zur Erden bestatten sollte. Das dienst der Menschen besthet, dar- haben gethan Koenig Colerus in an kein Gottesfuerchtiger Abscheu Norwegen, und der beruchmte tragen wird, die beyde Armeen freitbare Herzog Horuendil, zu sollen dies Amt, nach Hinlegung Schleswig, vor Antretung des ein- der Streitigkeit, einmuethig ver- zeln Kampffs, da der Koenig den richten.

### §. X.

Ad tempora primorum Christianorum, si respici- mus, vbique patet, maximam habuisse curam sepulta- rae, qui Christo nomen dederunt 31). Turbulentis vero istis temporibus, occultae christianorum, im- pris martyrum, fuerunt sepulturae, ne a gentilibus im- pedirentur. Hinc eorum cadavera, plerumque no- eturno sunt elata tempore. Postquam vero ecclesia, diuinis sub auspiciis, sibi restituta fuit, interdiu quo- que cadavera sepulturae tradita accepimus, vsque dum IVLIANVS apostata, diurnam elationem plane interdi- xerit 32). Efferebantur autem corpora, feretro sive leictica, quae certo pretio locabantur, pauperibus vero gratuitae ab ecclesia instruebantur sepulturae 33). In-

C 2

ter



ter efferendum lumina et cerei accensi sunt, imo et Psalmi Dauidis, hymnique, modulis lugubribus canebantur 34). In martyrum exequiis, palmae praeferebantur, ut signum victoriae, funus comitantium magnus solebat esse numerus. Antequam funus sepulcro immitteretur, in ecclesia exponebatur 35), deinceps cadauer, iuxta sepulcrum ponebatur, et priusquam terrae mandaretur, pro defuncto preces fundebantur, distribuebantur eleemosinae, siebant oblationes, a defuncti cognatis, et matutino tempore, eucharistia celebrabatur 36). Abhorrebant vero a combustione, vnde MINVTIUS FELIX, de Christianis inquit: exsecratur rogos, et damnant ignium sepulturam 37). Quamuis vero ritus cremandi corpora, a Christianorum disciplina fuit alienus, tamen sub Christianis temporibus adhuc durauit.

31) FRANZENIUS in funeribus veterum Christianorum: per iram diuinam, violenta morte abrepti essent, cadauera infepulta non abiecta, sed nibilominus, sepulture statim sunt mandata. ORIGENES, contra Celsum Epicureum, ita scribit: rationales animas honorare nouimus, et earum organa, solenni sepulturae honore dignamur; meretur enim rationalis animae domicilium non proiici temere, sicut brutorum cadauera, et praesertim quod fuit animae bonae ac sanctae, organo suo

in certaminibus usae, receptaculum. 32) Lex extat in Cod. Theo-  
Ananiae et Saphirae ait, quamuis dof. lib. IX, tit. 17. de violat.  
per iram diuinam, violenta morte sepulcr. L. efferi cognovimus.

33) LACTANTIUS lib. 6. cap. 12. de vero cultu, ultimum inquit, et maximum pietatis officium est peregrinorum et pauperum sepultura. Id. cap. 5. de diu. Inflit. inopes aut pauperes si obierint, non patiamur infelitos iaceri. Haec sunt opera, haec officia misericordiae.

34) ONVPHRIUS de ritu sepeliendi mortuorum.

35) Id. cap. X.

36)



2

36) Conf. OSSERVAZIONI presso i gentili da i Fideli tanto sopra i Cimiteri de Santi Martini abborito.

ri, et Antichi Christiani, di Roma, opus admodum rarum, vbi au<sup>t</sup>or lib. I. cap. XVIII. p. 72. fredi. Neque sub Antoninis ita loquitur: *E piu chiaramente combustio est abrogata; vid. appurijce daciò, che Cecilio aveva rimproverato ad Ottavio, che i Christiani per la speranza della futura resurrezione de' corpi; exacerbantur rogos, et damnant ignium sepulturas, quasi non omne corpus, eti flammis subtrahatur, annis tamen, et aeratibus in terram resoluatur. Dal che apparisce come in quei tempi v'era il costume di bruciare i cadaveri* GOTHOFREDVS p. 149. vol. 3. Cod. Theodos. qui fecus sentiunt, industi sunt CAPITOLINI corrupto loco. Neque hoc probant inscriptiones quaedam, vbi haec verba leguntur: CORPVS INTEGRVM. Quae exstant apud GRVTERVM pag. DCL XXXVII. IO. In via Labicana, quinta ab urbe mill. haec estrepita inscriptio:

D. M.

L. IVLI. EPIGONI

VIXIT. ANNIS. XXVI. M. V. D. XII.

CORPVS. (\*) INTEGRVM. CONDITVM

L. IVLIVS. GAMVS

PATER. FILIO. PI<sup>U</sup>SSIMO

(\*) Hinc colligit GVTHE- TEGRVM, non si esclude, il cor- rvs, hanc inscriptionem de stume di bruciare i cadaveri loco, fulgurito intelligendam. Cui ne' primi tempi della Christianita. adstipulatur au<sup>t</sup>or obseruatio- - - - Edoltre a ciò si dee num supra Cim. St. Martyrum. anco riflettere, al significato, che libr. I. cap. XVIII. Che in vi- possono avere, le fuddette parole: gore d'alcune Iscrizioni, de' gentili con le parole: CORPVS IN- quei corpi, che percosse da fulmini

ri-



e rimasti interi non si bruciavano **TEGRVM** conditum, quod et ad scrivendo GRVTERO. Non te- fulguritos retulimus et ad eos re- mere ergo in antiquis inscriptio- ferri potest, qui cremati et sepulti nibus scriptum est: **CORPVS IN-** statim essent Romæ.

et pag. DCLXXXIX. 8.

**L. IVLIVS. GAMVS**

**DIS. MANIBVS**

**L. IVLI. MARCELLI**

**NEPOTIS. SVI**

**VIXIT. ANN. V**

**DIEBVS XXXI**

**CORPVS INTEGRVM**

**CONDITVM**

**SARCOPHAGO**

### IM. §. XI.

Ipsum vero cremandi ritum veterum Philosophorum; de animabus, varia commenta, mirifice sustinuerunt. Sic HERACLITVS, qui omnia vult ex igne constare, dicit: *dēbere corpora in ignem resoluī, ut anima a corpore separata, et per ignem purgata, ad sidera euolaret.* Praeterea finitum esse hoc uniuersum et unum esse mundum, eumque ex igne nasci, et rursus per quosdam temporum ambitus, per vices hoc omne seculum ignescere, vid. GODOFR. OLIERIVS in diff. de igne rerum omnium principio, ex mente Heraclidi §. XIII. PYTHAGORAS vero, STABAEO teste, dixit: *corpus terra tegendum, ubi requiescat.* ANAXIMENES et THALES in eadem fuerunt senten-

2.

sententia, vid. STANLEII *histor. philosoph.* item: *la vie de Pythagore, ses symboles, ses vers dorés, la vie d'Hercules et ses commentaires, sur les Mss. avec de remarques par M. DACIER.*

### §. XII.

Viuorum quoque sepulturae mentio, haut infrequenter occurrit. Quam aliquando, loco ultimi supplicii, legimus constitutam. LIVIVS *lrb. VIII. cap. 15.* in fin. refert, Vestales virgines, in incestus scelere compertas, decreto pontificum, viuas defossas fuisse. Quod genus suppliciorum Antonini Caracallae tempore, visitatum fuisse, ex XIPHILINI verbis, a COVISONO, in gallicum idioma translatis, constat: *Il fit mourir quatre Vestales, inquit, dont il y en avoit une, qu'il avoit taché de corrompre. Il ne l'avoit pourtant corrompuë, parce que, sur la fin de sa vie, les forces nécessaires, pour jouir de ces plaisirs, lui manquoient, ce qui étoit cause qu'il en cherchoit a ce que l'on disoit, d'autres plus infames. Cette Vestale, qui s'appelloit CLAUDIA LETA fut enterrée toute vive, quoiqu' elle protesta, qu'elle étoit innocente, et qu'elle cría, qu'Antonin savoit bien, qu'elle étoit vierge.* HERIMERVS XIX. Francorum rex, legem promulgasse dicitur, qua ii, qui hostibus regni aditum concesserant, viui terra obruebantur, vid. TRITHEMIUS *lrb. I. breu. histor. Franc.* Apud Germanos, foeminas infanticidas, palo per corpus transfixo viuas esse sepultas affirmatur. Imper. enim CAROLVS V. *Ord. criminali art. 131. §. I.* infandicidas viuas, visitato more, sumi defodiendas esse statuit.



statuit. Ast hodiernis moribus hoc supplicii genus vel rarissime adhibetur. Conf. b. ENGAV elem. I. C. libr. I. tit. XXX. de parricidio.

### §. XIII.

Sepultura, pro aetate sumta, est actio, qua corpora defunctorum, honeste deducta, loco idoneo, publica auctoritate, ad id constituto, decentibus ritibus, inhumentur. Ne aer per exhalationes inficiatur, voluntas mortuorum frustretur, et testimonium pietatis erga defunctos desit.

### §. XIV.

Vnde patet, mortuorum tantum corpora esse sepelienda. A sepultura adhuc viuorum abstinendum, prout hodie est, multi suadent, qui animae rationem, in infligendis poenis habendam esse, docent, ne huic subiectis, facilior, ad desperationem via aperiatur. Unde Imperator permisit, ut culei poena substituatur. Penitus tamen abrogare noluit, si hoc atrocissimum facinus, iterum iterumque perpetratum fuerit. Porro requiritur honesta deductio, et ita differt ab inhonesto et ignominioso, quae poenae loco infligitur. Honesta vero sepultura est A) vel solennis, quae iterum a) vel ecclesiastica seu publica vocatur, adhibitis nimirum ceremoniis, huius vel illius regionis consuetis, vt sunt, cantus psalmorum, sonus campanarum, parentatio, praedicationes funebres in ecclesia, propinquorum comitatus; vel B) militaris, similites sub clangore obtuso instrumentorum

◆ ◆ ◆

torum bellicorum, demortuum corpus, ad coemiterium conducunt, illudque explosis sclopetis, terna vice, terrae mandant. B) Honestata sepultura minus solennis, ea vocatur, si ceremoniae, alias consuetae, non adhibentur, et cadauer, vel diurno, vel nocturno tempore, in coemiterio, alioue loco honesto, a vespillone terrae infertur. Maxime, expenuria, et paupertate, vel ex voluntate defuncti, vel ex consensu heredum; vel denique, ex superiorum iussu, si forsitan dubium obmoueretur, quanam sepultura, defunctus sit efferendus decerni solet 38).

38) Hodie vix inter solen- cis redditibus, de mortuo, in lo- nem et minus solennem discri- bantur. A. Hertii, et L. Pan- locis, omissis solennitatibus fae Cossi, cum ad Mutinam pro terrae mandare solent. Apud repl. cecidissent, corpora Ro- Romanos distinctio in publicam main sunt perlata, ibique pu- et priuatam inualuit. Publica blica sepultura, in campo Mart. dicebatur, quando, consentiente condita. GUTHERIVS de iuri senatu, ac toto populo, ex publi- manum libr. 2. cap. 34.

### §. XV.

Sepulturam in honestam, et asininam, vel caninam de scribit CARPZ. in iurispr. eccl. libr. 2. def. 382. n. I. 2. 3. his verbis: Fieri potest, ut ignominiosa quis officia- tur sepultura, licet non canina, vel asinina, quam proprie dicimus eam, quando carnifex, de mortui cadauer proicit, vel in loco in honesto infert. Ignominiosam vero vocamus sepul- turam, quae absque solemitatibus, et ceremoniis, in loco se- parato extra coemiterium, vel intra illud, ad parietes, in an-

D

gulo



gulo quodam peragitur, et hinc simpliciter, pro ignominiosa  
et in honesta non sūt habenda sepultura, cui, non omnes adhi-  
bentur ceremoniae, vel etiam pleraque intermittuntur, modo  
in coemiterio, et loco consueto, cadauer terrae inferatur.  
Nempe pro ratione circumstantiarum defuncti, licet non ca-  
nina vel asinina, attamen ignominiosa, extra coetum pie de-  
functorum afficiuntur.

### §. XVI.

Insignis differentia sepulturarum, veterum, atque  
nostrorum temporum, in eo est constituta; quod lo-  
co idoneo, publica auctoritate, ad id constituto, demor-  
tuorum corpora inferri debeant. Romani olim prolu-  
bitu, sibi locum sepulturae eligeant, dummodo iste lo-  
cus, sub eorum potestate esset. Locum quemcumque,  
per illationem cadaueris, religiosum habebant, §. 9. ff.  
*de R. D.* Necesse vero erat, quo locus fieret religio-  
sus, ut in eum mortuus illatus sit. Vnde sepulcrum  
ab **VLPIANO** definitur: *vbi corpus ossaue hominis condita  
sunt, l. 2. ff. §. 5. de religios.* Solummodo autem locus  
religiosus erat, vbi cadauer hominis integrum, vel et-  
iam corpus tantum sepeliebatur, duas enim sepultruras  
nemo habere poterat. Caput vero, vel solum condi-  
tum, locum efficiebat religiosum, quoniam inde, qualis  
cuiusque imago sit, cognosci potest *l. 44. ff. de religios.*  
In communem vero locum purum, qui nec sacer, nec  
sanctus, nec religiosus est *l. 2. §. 4. ff. de relig.* inuitio  
focio, seu usufructuario inferre non licebat, §. 9. I. *de R. D.* Eiusmodi enim locus, ysisbus hominum, et com-  
mercio eximebatur, neque obligari, a quoquam pote-  
rat

rat l. 2. C de relig. De quo inscriptiones testantur,  
omnem prorsus alienationem prohibentes 39).

39) Apud GRUTER. p. DCXXXVIII.

4 DIS. MANIBVS

M. VLPIVS. AVG. LIB. SYMPHOR

FLATVRARIVS. AVRI. ET. ARGENTI. MONETAR

SIBI. ET. VLPIAE. HELPIDI. QVAE. ET. CLAVDIA. LIB. ET. VXORI. SVA  
VLPIAE. ARSINOE. FILIAE. ET. CLAVDIO. ANTHIOCIANO. FILIO

I. HELPIDIS. LIB. SVAE. FECIT. ET

LIBERTVS. LIBERTABVSQVE. VTRIVSQVE. SEXVS

QVI. EX. FAMILIA. MEI. ERVNT. REHQVIARVM. SVARVM  
CONDENDARVM. CAVSA. ET. POSTERISQVE. EORVM. QVI

IN. NOMINE. MEO. PERMANSERVNT

EA. CONDITIONE. NE. FIDUCIENT. NE. VENDANT. NEVELALO

QVO. GENERE. ID. SEPVLCRVM. SIVE. MONVMENTVM. EST

ALIENARE. VIII. POTESTAS. SIT

H. M. H. N. S.

Quamvis ita sepulra vendi, alio- inferendi, vendere et donare.  
que modo alienari, non potue- Probat inscriptio apud GRUTER.  
runt; licitum tamen fuit, ius p. DCCCCLVI. 4,

M. VALERIVS. DIVS

FECIT. VALERIAE. CHRESTE

LIB. SVAE. CARISSIMAE. ET

M. VALERIO. TERTIO. LIB. SVO

ET. VALERIAE. PRIMAE LIB. SVAE

HOC MONIMENTV. L. TITVRIVS. SABINV. SE. VIV

O. DONAVIT. L. SALVIO. SYMPHORO. (\*) MANCV

PAVITQVE. SESTERTIO. NVMMO. VNO



(\*) Vbi haec notantur: le- **VITRUV.** libr. I. cap. 14. num-  
gitur l. vlt. C. de donat. festertio mo festertio mancipio dedit:  
nummo vno, quatuor assibus. interueniebat enim mancipatio.  
Erant verba solennia donationis, nibus festertius vnuſ, dicis gra-  
quae siebant per mancipationem. tia.

### §. XVII.

Licentia vero ista, mortuos, vbiique placuerit, se-  
peliendi, commodo R. P. haud conuenire videtur; vn-  
de nostra aetate restricta est. Et publica loca, mortuis  
humandis destinata sunt, quae coemeteria, seu dormi-  
toria dicuntur, germanice, *Gottes-Aecker*, etiam *Kirch-  
boſe*, quia plerumque aedes sacrae, in eisdem aedificatae  
sunt. Apud Romano-Catholicos, aquae lustralis asper-  
fione sacrificantur. Apud Euangelicos, nuda Prin-  
cipis, et Magistratus ecclesiastici auctoritate, coemeteria  
constituuntur, et muris septisue circumdata, separantur  
ab aliis locis, ne bestiis pateat aditus. Constitutio coe-  
meteriae principi competit; vti summa potestate ea re-  
guntur quae ad statum externum ecclesiae pertinent,  
qui directione aliqua opus habet. vid. **MASCOVII**  
**principia I. P. I. R. G. libr. V. cap. I. §. 6. Conf. SCHIL-  
TERI inst. I. C. libr. XI. tit. 14.** vt aliarum rerum eccl-  
esiasticarum summa potestas ad τὸ κέρεναι repl. ita etiam sepul-  
turae ordinandae ius et potestas. Iure pontificio, coemete-  
ria, sunt loca publica religiosa, quibus per benedictionem,  
qualitas religiosa confertur, quae efficit, quo minus sine  
auktoritate Episcopi constituantur c. 4. **X. dereligios. domi:**  
Apud Protestantes, ius sepeliendi, quidem a non nul-  
lis, ad ius parochiale refertur, et coemeteria ecclesiis  
iuncta, pro accessorio ecclesiarum habentur; tamen  
ex

◆ ◆ ◆

ex eo fundamento, quo apud Catholicos, iuri Pontificiali annumerantur, adeo, ad illud referri nequeunt. Protestantes enim, aequem ac Pontifici, non adstringuntur, in locis publicis, ab Episcopo consecratis, sepelire; neque ipsa coemeteria, ritu solenni consecrantur. Regulariter sufficit Patroni destinatio, adhibito in consilium primario pastore, nisi patronus desit officio suo, aut insignis mutatio suscipienda. Tum enim consistorii auctoritas est adhibenda, aequem ac eo casu, sicuti, quis in loco priuato, dormitorium sibi, suaeque familie, constituere velit. BERGER *Oecon. Iur. libr. II. tit. I. de R. D.* Hinc inde constitutio coemeterii, ut res vniuersitatis spectatur, quam quilibet, ex ista vniuersitate, Magistratu politico ita iubente, non adhibita consistorii auctoritate, sibi constituit; ex sententia quidem STRYCKII l.c. quam FLOERCK in obs. select. ad Schilt. I. C. libr. II. tit. 7. §. fin. vberius his verbis indicat: *cum Protestantes, in unctione coemeteriorum, nulla consecratione, vel benedictione vtanatur, sequitur, ut rebus sacris, vel ecclesiasticis, accenseri non possint, sed ad res vniuersitatis, vel ciuitatis referri debeant. Sicut autem dispositio, circa alias res, et negotia vniuersitatis, ad totam vniuersitatem, vel magistratum ciuilem, qui vniuersitati ciuium praest, et politiam dirigit, ita, ut singulis vniuersitatis permisum sit, coemeteria erigere, et Magistratus cura sit, loca ad sepulturam commoda destinare, et vobis ciuium accommodare, sine consensu, et auctoritate consistorii. Conf. BOEHMER in iur. eccl. protest. tit. de sepultur. §. 5. seqq.* Verum enim vero, quamuis haec sententia, omni non destituta sit veritate, si ad originem iurium episcopalium respicias; praecipue tamen, ex eo definiri debet,

D 3





debet, quod de eo, in constitutionibus, et ordinationibus ecclesiasticis, et politicis, a Principe territorii, constitutum est.

### §. XVIII.

Coemeteriorum originem ad Secul. I. referunt BOSIVS, et ARINGVS *in Roma subter. l. 2. c. 4. et 5.* quod Centuriatores Magdeburgenses, ex his apostoli verbis colligunt: *alioqui quid facient illi, qui baptizantur in nomine Iesu venientem*, quasi apostolus respiceret, ad certa sepulcrorum loca, in quibus baptismum, quidam administrarent; quamuis HILDEBRAND, cum aliis sentiat, apostolum loqui, de crucis baptismo, vid. *I. E. F. V. L. antiquit. circa funera, vbi plura, de vaticano coemeterio sub imperio Neronis exstructo, leguntur.* BEDA, *in Martyrologico confirmat*, ibidem decem Pontifices, conditos fuisse, LINVM, CLETVM, ANACLETVM, EVARISTM, SIXTVM, TELESPHORVM, HYGINVM, PIVM ELEVATHERIVM ET VICTOREM. Sed haec a pontificiis exhibentur, qui de vrbis Romae antiquitatibus, atque suburbanis monumentis scripsere. *I. E. F. V. L. antiquit. circa funera l. c.* Et ex historia ecclesiastica probatur, eo tempore, Christianos corpora demortuorum, pro cuiuscunque lubitu, in hortis, fundis, praediis sepeliuisse. vid. BOEHMER, *intr. de orig. praecip. mat. iur. eccl. cap. 22.* Secul. II. certa sepulcrorum loca, Christianos habuisse, citatus auctor antiq. circa funera, certius, euincit. Ibi haec verba leguntur: *TERTULLIANVS, qui sub finem Sec. II. iam floruit, queritur*

◆ ◆ ◆

ritur, de tyrannide gentilium, prorsus in humana, quod nimis  
coemeteria, quoque interdicta esse velint. Vnde colligit:  
coemeteria saltem inde a sec. II. habuisse Christianos. Se-  
pulcraerant vel bisoma, seu disoma, vel trisoma, vel qua-  
drisoma, quae duo tria aut quatuor continere poterant  
corpora: monosomum illud erat, quod unum cadauer  
tenebat. Ibid. libr. IV. cap. II. §. IV.

### §. XIX.

Ex supra adductis satis constat, coemeteria regulariter  
non esse constituenda in ciuitate, ne ciuitas magis replea-  
tur mortuis, quam viuis, et pestiferi morbi, ex putrefac-  
tione cadauerum oriantur. Neque in templis, quibus  
rationibus THOMASIVS adductus ait: *sepeliri mortuos in  
templis, iuri naturali repugnat, in thesi ultima jurispruden-  
tiae. Conf. LEYSERI medit. ad ff. tit. de religios. p. 627. alia  
est longe, inquit, cadauerum, in templis, sepulchorum ratio.  
Teterrimus, qui ex illis surgit odor, et vapor, muris inclusus,  
exire nequit, sed ab his, qui in templis versantur, fugendus  
bibendumque est, quos propterea apposite satis auctor, des nou-  
velles, de la republique de lettres, fevrier 1703. pag. 139.  
andropopbagos, appellat. Adde CARPZ. Iurispr. eccles.  
ZIEGLER. ad LANCELOT: et BRVNREM. I. E. Po-  
tius constituuntur, in loco plano, et vndis non expo-  
sito, inundatis enim tumulis, accidere potest, vt ablata  
terra, cadauera emergant; imo in loco aeri exposito, vt va-  
pores diluantur. Denique coemeterium debet esse  
reclusum, vt cadauera, ab omni iniuria, securè quie-  
scant.*

### §. XX.



### §. XX.

Disquirendum porro videtur, an omnia cadasuera honeste sepelienda nec ne. Vnus quisque enim prae sumitur bonus, et in dubio, pro se habet prae sumptionem, quae tantum operatur, ut post mortem, praeter legitimam causam, ab honesta sepultura, excludi nequeat. vid. Ord. Elecf. Sax. Art. gen. 15. §: Alle Todten sollen ehrlich begraben werden. Ius can. sepultura solenni, et honesta indigos iudicat 1) usurarios manifestos c. 3. X. de usuris. Clem. 1. de sepultura. item fures, et latrones, in flagranti criminis occisos c. 2. X. de furt. c. pen. 23. q. 5. 2) ex communicatos et interdictos c. sacris 12. X. de sepult. c. ad haec 5. de priuile. 3) Iudeos, c. ecclesiam, cum 5. seqq. de consor. D. 8. 4) Αὐτοχεὶς, 5) Histriones, 6) haereticos et contemtores sacrorum. Negari tamen non potest, multas harum sanctionum, ex cogitatis esse, a Clero papizante, ad magis stabilendam hierarchiam clericalem. Apud protestantes, quibus honesta sepultura deneganda, fusius docent BOEHMER in ture eccles. protest. et FINKELTHAVS introd. de iure sepulturæ.

### §. XXI.

Infantes *άβαντισοι*, apud pontificios, in peculiari coemeterii angulo, absque hymnis, et ritibus christianis sepeliuntur; imo et partus abortivus; primorum mensium, secundum I.C. in quo infantibus haut baptizatis, sepultura in coemeteriis denegatur. Non infreuen ter DD. distinctionem faciunt, an partus in vtero; animatus fuerit; et pro vitali declarant, si dimidium gestationis

stionis tempus sit praeterlapsum. Sed multa exstant exempla, quibus confirmatur, quod foetus, qui vix quatuor menses, in utero fuerunt, viui deprehensi sint; PORTAL pratique des accouch. obs. 46. Imo plurimi, partui, praescribunt terminum, XXX., vel XXXX. die. rum. Quid? si concedas, foetus, animam humanam, cum vita, paulo post conceptionis momentum nascisci; certe non video, quare, pro hominibus non sint habendi, qui anima humana sunt praediti. Theoretici tempus conceptionis; practici vero, illud, quo foetus in utero se mouet, nominant. Iura prouinc. et statut. 4<sup>1</sup>. imo et 5. mensibus a conceptione praeterlapsis, ventrem praesumunt viuere, vid. ENGAV elem. I. C. lib. I. tit. XXXII. de abortu procurato. Et magis sepulta, infantibus nondum baptizatis, more pontificiorum, ideo denegatur; quoniam non sint recepti in gremium ecclesiae; ne per illorum illationem sanctitudo coemeteriorum profanetur.

### §. XXII.

Sepultura porro, neque nimis differenda, neque maturanda est a) ne ciuitas inde damnum capiat, b) et homines viui, pro mortuis sepeliantur. Accidit enim, vt nonnulli, in extasi deprehensi, aut subitaneo morbo, apoplexia scilicet, correpti, pro mortuis habentur, qui tamen elapo, quarundam horarum spatio, reuiuscunt. Exemplum memorabile exstat, apud MONTFOYCON dans l' antiquité expliquée Tom. V. P. I. Livr. I. Asclepiade, ibi inquit, qui après Hippocrate excelleoit, par dessus tous les medicins, fut le premier, qui donna

E

le



le vin, pour remede, aux malades; la grande connoissance qu'il avoit des differentes qualités du pouls, faisoit, qu'il donnoit a propos, et seulement a ceux, qui pouvoient en tirer du secours. Vn jour, qu'il revenoit de sa maison de campagne, à la ville, il vit auprès des murailles, vn grand convoi, et vne foule de gens, qui assisoient, a des obseques, en habit de deuil, avec des temoignages d'affliction extraordinaires. Il eut la curiosité, de s'approcher, et, de demander, que c'etoit. Personne ne voulut lui repondre: cela lui fit soupçonner quelque chose; il sembloit que la destinée l'eut conduit là, pour sauver ce malheureux, qu'on alloit mettre sur le bûcher. On lui avoit déjà parfumé la bouche, lavé tout le corps, et embauillé les membres; le souper des funerailles, étoit tout prêt. Il remarqua en cet homme, de signes de vie, il lui tata le corps, et trouva, qu'il vivoit effectivement. Il s'écria d'abord, que cet homme étoit en vie; qu'il falloit éloigner les flambeaux, emporter les feux, abattre le bûcher, et repartir le souper du sépulcre à la maison. Sur cela vne rumeur s'eleva dans la troupe; les vns disoient, qu'il falloit, croire le medicin, les autres, se moquaient de la medicine. Les parents se rendirent enfin aux instances d'Asclepiade, quoique fort à contre-coeur, et apres beaucoup de resistance, soit parce qu'ils n'avoient pas grand foi au medicin: ils consentirent donc, qu'on différat un peu les obseques. Alors Asclepiade, arracha cet homme, des mains de ceux, qui le porroient au bûcher, et le tira, pour ainsi dire, des enfers: il le fit reportes à la maison, et lui donna des remedes, qui le firent entièrement revenir. Ut vero tanto cautius procederent in posterum, aquam calidam, ad lauandum corpus adhibebant, vt nondum exanimatus, ad sensum reuocatus fuerit, et pro vita illuc acerant, si dum  
retur.

retur. ROSIN. antiqu. Rom. libr. 5. cap. 39. Qui mos, et apud alias gentes obtinuit, auctore KIRCHMANNO de funeribus romanorum, imo et antiquissimus dicitur. V. I. E. F. V. L. antiquitat. circa funera libr. II. cap. IV. §. 11.

## §. XXIII.

Septultra apud Romanos dicebatur publica, quando consentiente senatu, ac populo, ex publicis redditibus corpori demortio, in honestissimo loco iusta persoluebantur. KIRCHM. de funer. rom. lib. I. cap. 4. De sepulcris priuatis fusius egit KIRCHM. l. c. Duo potissimum sepulcrorum genera occurrunt, alterum, quod quis sibi, vel etiam coniugi suae, alterum, quod sibi, familiae, posterisque suis, constituit. Vnde erant, vel hereditaria; quae quis sibi heredibusque suis, vel familiaria, quae quis sibi, ac familiae suae constituebat. Familia interdum latius, interdum arctius sumitur l. 195. de V. S. Familia late sumpta, cognatos quoque completitur l. 77. §. 28. ff. de legat. 2. Hodie diuiduntur, in sepultra publica, in quibus quisque e statione vitae egressus, humari potest, et priuata, quae dispescuntur, in hereditaria, Erbhgräbnisse, et familiaria, Stamm- oder Geschlechts-Begräbnisse, quorum capax est etiam filia, scilicet innupta, non etiam nupta. Iure romano, in eo consistebat distinctio, quod nempe hereditaria, ad omnes omnino heredes, siue eiusdem essent nominis, siue non, familiaria autem ad solos agnatos spectarent, die gleichen Schild und Helm führen, vti ex litteris H. M. H. S. vel H. M. H. N. S. inscriptionibus, ac epitaphiis adpositis patet. Ex amore et religione erga

E 2

mar-



martyres, factum videtur, ut templa, super sepulcris martyrum exstruerent, et dormitoria sua, prope sepulcra martyrum eligerent. Ecclesia vero pacata, Christiani, ubi in ipsa vrbe templa aedificare coeperint, in confinio ecclesiarum, coemeteria constituerunt; cum christianismo vero, in dies crescebant martyrum honores, et erga sanctos reuerentia; vnde corpora sanctorum, iam iam, in intimis ecclesiae partibus humata, leguntur. Reliquiae vero vario cultu prosequebantur 40).

40) Sanctorum reliquiae las praefita fuerunt. Antiquo osculo sunt exceptae, teste HIERONYMO. Hinc VIGILANTIIS obiecit Christianis: quid puluerem, linteamine circumdatum, adorando oscularis. Religiose etiam contrectarunt, valerent, et iuramenta apud il-

circum funera libr. IV. cap. IX. De ipso cultu sanctorum, ita distinxit AVGUSTINVS de ciu. dei libr. 22. cap. 27. Nec tamen nos eisdem martyribus templa, sacerdotia, sacra et sacrificia constitutimus, quoniam non ipsi, sed deus eorum nobis est deus.

#### §. XXIV.

Olim sepulcra, quorum tanta religio erat, variis modis violabantur, vnde actio sepulcri violati dabatur, quod dicitur crimen extraordinarium, dolo factum malo, l. 1. §. 1. ff. de sepulc. viol. Committitur corpora sepulta, extrahendo, contrectando, sepulcra inhibitando l. 3. §. 4. C. de sepulc. viol. et quoquis alio modo, quo sepulcri locus laeditur l. 3. §. 2. ff. l. c.

#### §. XXV.

Graues deinde poenae, in violatores sepulcrorum statutae sunt L. 5. C. de sep. viol. Apud TACITVM

sepul-

sepulcri laesio dicitur; crimen laesarum religionum.  
 Statuta porro est poena pecuniaria L. 9. ff. de sep. viol.  
 ad 100. aureos, si extraneus actionem hanc instituat;  
 ad ducentos vero aureos, si actio sepulcri inhabitati in-  
 stituebatur L. 3. pr. ff. de sep. viol. Si ipse agebat, ad  
 quem res pertinebat, seu qui ex iure sepulcri interesse  
 habebat, ex aequo et bono iudicabatur. L. 10. eod. ha-  
 bita simul ratione eius, quod interst. damni passi ex  
 parte auctoris, et lucri percepti, ex parte rei. Condem-  
 natio vero infra 100. aureos fieri non potuit L. 3. et 10.  
 ff. de sepulc. viol. Constantius, in violatores poenam  
 20. aureorum statuit, L. 4. C. eod. Quae tamen poena,  
 praecedentem non tollit, sed vtraque exigi potuit;  
 Item non excludit poenam capitalem, nec illi praeiudi-  
 cat d.l. 4. In terris protestantium, vbi sepulcra, non  
 sunt religiosa; istae poenae, in foro non absolute irro-  
 gantur; sed pro ratione circumstantiarum, in violatores  
 sepulcrorum, ex arbitrio iudicis statuitur. Poenam  
 sanguinis efflagitant, IODOC DAMHOVD, in prax. rer.  
 crim. cap. 109. n. 6. et WESENBEC. in paratit. ff. de se-  
 pult. de viol. n. 3. nimirum: si corpora defunctorum, ef-  
 fossa, spoliata et insepulta relicta sint; item si violatio,  
 armata manu fuisse facta. DAMHOVD l. c. BERLICH  
 P. 5. concl. 47. n. 18. conf. const. Elect. Saxon. P. 4. c. 34.  
 in pr. Nec poena suspendii, violatores puniri posse,  
 constat, quia nec furtum, nec spolium proprie commit-  
 tatur, cum defuncti nihil possideant, L. 1. §. 15. ff. siis,  
 qui testam. libesse. CARPZ. P. 4. C. 34. def. I. Hodie  
 itaque poena violati sepulcri varia est, et arbitrarie, vio-  
 latores puniri solent, vel relegatione, carcere, fustiga-  
 tione




tione, vel poena pecuniaria. CARPZ. P. 4. Conf. 34.  
def. 1. 2.

### §. XXVI.

Habemus equidem multa adhuc, et non plane inutilia, quae in medium essent proferenda. Sed cum disquisitio nostra, adeo iam excreuerit, ut ea, quae sufficiunt, haut adiicere licet, ne limites scripti academici transgrediamur: consultius vñum est, de eis, qui curam funeris habere tenentur, et de actione funeralia,  
A. N. peculiari tractatione differere. Pedem itaque  
hic figimus, et dictis imponimus

FIN E M.



P R A E-



PRAENOBILISSIMO ATQVE DOCTISSIMO  
DOMINO RESPONDENTI

S. ET. O.

P R A E S E S.

**E**x quo mihi contigit, suauissima TVA amicitia frui, eximias TVI ingenii vires, iudiciique aciem, noui; quam nunc publice, omnium plane adplausu, comprobasti. In defendendo argumento, leuissimae haud notae, talem TE praebuisti, qualem, et pia, ILLVSTRIVM PARENTVM vota, voluerunt, et ipsa patria, olim expe<sup>c</sup>tat. Hinc non est; cur multis verbis, in laudes TVAS excurrat, quas vnuisque bonus, et aequus rerum aestimator, tantis equidem meritis, vltro decernit. Fruere, optime Amice! hisce industriae fructibus. Illud vero quod omnes mortales, supplices veneramur Numen, adsit porro conatibus TVIS, largiatur valetudinem, et faxit, vt respublica, ex TVIS laboribus, mox vberrimam percipiat vtilitatem. Me vero, in posterum, amicitiae TVAE commendatum habeas,

studiose efflagito. Vale! Dabam Ienae die XXVIII.

SEPT. A. S. CICICLIV.

F

NOBI-



NOBILISSIMO ATQVE DOCTISSIMO  
D O M I N O  
R E S P O N D E N T I  
S. D. P.  
CAROLVS AVGVSTVS TITTEL D.

**E**o animo, **VIR NOBILISSIME**, Academiam nostram petiisti, ut saluberrimae sapientiae praceptoribus imbutus, in patriam aliquando redires, et ciuium **T V O R V M** commodo laudabiliter inferuires. Quapropter eorum vestigia sedulo vitaisti, qui annos, academicis studiis destinatos, otio transiungunt, et voluptates litteris praeferunt. Cupidissime peperisti ex ore celeberrimorum huius Academiae Doctorum, meisque etiam lectionibus diligentissime intersuisti. Iam igitur laetus, ille faustusque **T I B I** illuxit dies, quo cathedram iuridicam descendere, et munere respondentis magno cum honore fungi potes, qua in re meae de **T E** expectationi abunde satisfacies. Gratulor **T I B I** igitur, **A M I C E H O N O R A T I S S I M E**, hunc diem ex animo, et ut confecuturos etiam eruditio*nis* **T V A E** eximiae fructus aliquando feras, sincere precor, **T V V M** fauorem, quo me semper Prosecutus es, in posterum quoque expetens et mihi plane promittens.

Vale.

PRAENOBLISSIMO AC PRAECLARE DOCTORIS  
DISSERTATIONIS  
**AVCTORI, FAVTORI SVO COLENDO,**  
S. D. P.  
**D. IO. CHRISTOPHORVS DANNEBERGER.**

**N**ONSOLVM gentiles, exemplo Ciceronis oratione pro **Rofcio Amerino** affirmarunt: iuuenes magna semper spectare, et ad ea rectis studiis contendere debere; sed imperator Germaniae **LEOPOLDVS**, vt christianus, inculcauit suis mini-



ministris: viuendum esse Deo, quia auctor vitae, viuendum esse Deo, quia auctor vitae, viuendum et conscientiae, quae vita vitae, viuendum famae, quae vita esset post vitam. Omnes igitur iuuenes studiosi, qui probe circumactam vitam ac academicam suis ac patriae in futurum probare sat- agunt, haec exalte obseruare debent. Illustra enim ex- empia, eos ad altiora adscendere stimulant, diuinum numen sua gratia, illorum studii adspirat, bona conscientia est re- ste factorum magistra, ac fama adfert fortunam, quae dum iuuat, et vultu sereno indelibatas largitur opes. Cuncta exempla tvo, VIR PRAENOBILISSIME, illustras praesenti specimine, quod publico ante oculos ponis, TE tempus aca- demicum non male collocasse. Secundet diuina gratia, lau- dabiles tros conatus, vt existas, suauissimae patriae, maxi- mo auxilio, parentibus dulcissimo solatio, cohorti clientium firmo asylo, ac orbi eruditio, egregio ornamento. Interim non desistas rogo, me in posterum tvo fauore  
prosequi. VALE.

---

VIR  
PRAENOBILISSIME DOCTISSIMEQUE  
AMICE ET CONTUBERNALIS  
AMANDISSIME.

Tam amoena, mihi semper amicitiae TVAE fuit cogitatio,  
tamque luculenta amoris TVI, apud me posuisti signa,  
vt nullus dubitem, quin TIBI publica exponam ratione,  
quam TE in deliciis semper habuerim, et quam grata in TE  
fuerim propensus animi inclinatione. Rara enim quae est  
mentium nostrarum conspiratio, nos ita coniunxit, vt unus  
sine altero non viuere posse videretur. Et quis est quaeso,  
quem ingenium TVVM, nil nisi elegantiam, iucunditatemque  
spirans, non alliciat, rapiatque in sui admirationem? Non  
est



est quod longo orationis anfractu utar, cum vel amplissima oratio, amicitiae nostrae latissime patentis campi non capax sit. Sufficiat mihi saltem, candida mea vota, denuo sincero ex corde promere, et de praecclari hoc ingenii doctrinae que TVAE specimine gratulari. Dignissimus es, AMICE CARISSIME, quem pulcherrima ornet fortuna, et cui omnia abunde afflant, quibus vera et constans felicitas circumscribitur. I igitur pede fausto, quo te ardens parentum TOTORVM CARISSIMORVM, atque ouantis Patriae vocat desiderium. Teque, summum Numen supplex,

Patriae  
Reddat incolumen; precor;  
Et seruet animae dimidium meae.

TO. IACOB. SCHEIDEMANTEL,

GOTHANVS OPPONENS

S. S. THEOL. CVLT.

**ERRATA.**

p. 4. not. 5. Lib. leg.

not. 6. Lib. leg.

p. 9. lin. 17. heredis.



**ULB Halle**  
007 469 926

3



VD 18





B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Inches

Farbkarte #13

Centimetres

E.T. num. 1755,4 /  
TATIO IVRIDICA

DE  
VNERARIA  
EPVLTVRAE ET SEPVL-  
TERVM ATQVE NOSTRO-  
M TEMPORVM  
TIAM IVS ET RELI-  
NEM SISTENS

QVAM  
MAGNIFICENTISSIMO  
O PRINCIPE AC DOMINO  
DOMINO  
CONSTANTINO  
E IVLIACI CLIVIAE MONTIVM  
ET WESTPHALIAE REL

ONSENSV  
S ICTORVM ORDINIS  
PRAESIDE  
CONR. WILH. FRIDERICI  
VTRIVSQVE DOCTORE  
IV. OCT. CIDIICCLV  
M EXAMINI SVBMITTIT  
LVDOVICVS WEIDLIN  
NSHEMIO - SVEVVS  
LEGVM CVLTOR.

TERIS SCHILLIANIS.

